



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

13. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Merlino in causa Perusina
oblationum. Veneris 27. Ianuarii 1640.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

qui allegat concordantes, quæ opinio in iudicari est
tuenda.

18. Minus facit, quod D. Virginius reseruauerit sibi
vita sua durante annua seuta 35. quia ex quo in dicta
refutatione conuentum fuit, quod d. seuta 25. dona-
tori præstarentur tantummodo post emissam profes-
sionem, que tempore nemo est, qui dubitat, quin de
illis non possit testando disponere, iuxta text. in c. quia
ingrediensibus 19. q. 3. aut. ingressi. vbi Bald. num. 2.
¶ 4. Ias. n. 7. Dec. n. 18. C. de sacro sanct. Eccles. Crass.
in testamentum, quæf. 39. num. 1. & 2. Couart. in c. 3.
n. 3. in fin. vers. secunda autem obiectio, de testamento.
Rot. decif. 76. num. 1. & decif. 87. n. 1. part. 2. recent.
propterea dicta refutatio scutorum 25. nihil operatur,
cum fuerint ea promissa post emissam professionem,
& sic tempore quo non poterat disponere, ut au-
tem donatio suffragetur, erat opus, quod valuerit de
illis seut. 25. testari, & in eis hæredem instituire. Ita
Bald. in dict. l. fin. n. 19. vers. alioquin dicemus, &
vers. quia licet, C. de past. & Inst. ad l. Falcidiam, in
princ.

19. Quo verò ad tertiam inspectionem, an donatio
facta matre fuerit validè reuocata, affirmatiuè respon-
sum fuit, ex quo processit absolutio à iuramento, qua
operatur ad effectum agendi, & dicendi de nullitate.
Vterius, obtinuit sibi dari curatorem, & postmodum
de consensu Vicarij Episcopi & dicti curatoris dona-
tionem prædictam reuocauit.

20. Deuenient, igitur ad quartam inspectionem, sci-
licerat an donatio facta Monasterio sustineatur, Domini
non sustineri respondebant, quia donatio fuit facta
Monasterio 1. Martij 1626. & postea dictus D. Virgi-
nius, qui fecit donationem, emisit professionem 26.
Maij eiusdem anni, & sic per 13. dies ante duos men-
ses, & propterea esse contra formam praescriptam à
Conc. in d. sciss. 2. c. 16. de Regul. que annulat cesso-
nes, & donationes factas ab illo, qui ingressus fuit Re-
ligionem, & professionem emisit ante duos menses à
die factæ donationis, cum d. Concil. videatur statuere
certum determinatum tempus Sanchez in peacept. De-
cal. tom. 2. lib. 7. c. 5. n. 82. Fr. Barthol. de Vecchis in
praxi admitt. nouit. disp. 8. dub. 9. n. 5. August. Barbos.
de offic. & potest. Episcop. allegat. 99. num. 11. cum in
Concil. adhuc decretum irritans, quo non seruato actus
corruit. Felin. in c. cum delicta. n. 6. de rescriptr. Guttier.
lib. 3. præf. q. 15. n. 3. Menoch. de arbitriq. 30. n. 5. Ce-
ned. præf. q. 6. n. 4.

21. Tandem & ultimè quantum attinet ad quintam
inspectionem, an alia via sit succurrens. Monasterio,
dictum fuit quod sic. Ex quo de iure communi suc-
cessio Monachorum non disponet, de bonis suis salva
legitima debita ascendentibus, & descendantibus spe-
ctet ad Monasterium, per text. in aut. ingressi. Cod.
de sacro sanct. Eccles. c. quia ingredientibus 19. quæf. 3.
Aut. sequitur mulier. nunc agem, C. de sanctiss. Episc.
Innocent. in cap. in prefaciā. num. 4. vbi Ioann. Andr.
num. 13. 16. 20. & 21. Bald. numer. 4. Abb. num. 2. de
prob. Nauarr. de Regular. comment. 2. num. 55. San-
chez in summa. lib. 7. cap. 12. num. 4. Molina de inst.
& iur. disp. 140. lib. 2. vers. a regul. n. 6. Et quis est, qui
dubitet, quod statim atque D. Virginius professio-
nem emisit, dicatur mortuus ita & taliter quod statim
bona peruenient ad Monasterium ut eius ha-
redem.

22. Quibus statibus bene Domini hodie censue-
runt sententiam A. C. contrarium firmantem appro-
bando primam donationem factam ad fauorem matris
esse, ut in iustam reuocandam.

Et ita resolutum, &c.

DECISIO XIII.

Sacra Rot. & Romana coram R.P.D. Merlino.

In causa Perusina Oblationum.

Veneri 27. Ianuarij 1640.

§. 1. **T**imotheus, Rector Capella S. Antonii, locauit
ad suam Capellam spectantes, pro triennio, & ultra Vix
inchoata conductione, reclamarunt Patres, & de nega-
runt pensionem. Judges Commissarij Perusini pro pri-
mo triennio condemnarunt Monachos ad solvendum
pensiones: pro aliis verò, post dictum triennium de-
cursis, & decurrentis, absoluuerunt Monachos; super
qua sententia hodie proposito dubio. Domini dixerunt
esse reuocandam in prima parte, in quantum condem-
nat pro primo triennio, & confirmari in secunda
parte, in qua absoluit post triennium. Et mos sunt Do-
mini, quia iudices debent abolire pro toto tempo-
re, & sic etiam pro primo triennio, absoluere Mono-
chos, & declarare nullam, & invalidam dictam locatio-
nem, cum non fuerit obtinent beneplacitum Aposto-
licum, quod necessarium erat, etiam in locatione, &
conductione, ut in verbis cauetur in Extravaug. Ambi-
tione, de reb. Eccles. non alienand. Azor. inflit. moral.
part. 2. lib. 7. c. 1. & vers. 2. quæf. 2. Quæf. 3. summ.
Bullar. verb. alienatio rerum Eccles. n. 18. P. Molin. de
contrat. disp. 46. n. 5. & 8. Carocc. de loca. & con-
duct. part. 2. q. 4. Dixitque Rota in Tiburina locationis
5. Decembri 1597. coram bon. mem. Card. Millino & in
Comen. locationis 20. Martij 1600. coram bon. mem.
Card. Pamphilio, etiam si contradicatur fuerit celebans
cum alia Ecclesia, vt in Treueren, Bonorum 15. Mar-
tij 1621. coram bon. mem. Reverend. Selevien. bene &
cit Nauarrus confi. 10. de reb. Eccles. non alienand.

2. Et quamvis inter se Doctores certarentur, ut
contractus locationis de bonis Ecclesiasticis, ultra trien-
nium, sustineatur saltus pro primo triennio, cum ad
tale tempus sit permisla locatio, absque beneplacito,
& multi tenuerint sustineri tanquam contradic-
tione temporis, diuiduum. Attamen Rota contradictionem
semper censuit, & in totum locationem improbat, ut
ne etiam pro primo triennio sustineatur, prout in de-
cis. 70. n. 6. part. 1. diuers. in Brixien. coram bon. mem. Penia. Quæ est apud Marchel. de commis.
part. 1. fol. 118. & ead. cum decif. 30. part. 1. recent. licet
positi sub diuersa die, & mensis ac in ead. Brixien. 17.
A. ej. 1595. coram Orano, & in d. Tiburina locationis
coram Cardin. Merlino, in d. Comen. locationis coram
Card. Pamphilio, in Ferrarien. Bonorum coram Re-
verendiss. Selevien. quæ est dec. 631. n. 7. part. 2. recent. 36
in Aretina bonorum coram Reverendiss. f. D. meo Decano,
quæ est. 43. 6. n. 3. part. 3. recent. & Romana seu Terra-
cinen. Afflitione 27. Ianuarij 1627. coram R.P. D. meo
Pironano in Regien. prædij 6. Marij 1637. agam cod.

3. Requiritur enim pro forma beneplacitum Apollo-
licum, unde non potest emulari hac forma, diuidendo in
plura tempora, nec possunt contrahentes illudere pre-
scriptum Papæ in d. Extravaug. Ambitiose, ne vile per-
incibile tali casu viretur, & intrat regula, quod ponit
nolui, quod volui, adimplere nequii. Et cum hoc
opinio, semper recepta fuerit in hoc sacro nobis Tri-
bunalis, non est amplius de ea dubitandum, quam, &
etiam viri grauissimi amplexi sunt, ut præter multos
relatos in d. Brixien. & in d. Aterin. bonorum coram
R. D. meo Decano 435. part. 3. recent. Eadem Rota
sententiam tenuerunt Couart. variar. reform. lib. 2.
cap. 16. num. 5. vers. tandem, ut liberè sententiam dis-
cam. Iaf. in austent. qui rem. n. 21. vers. teno in Ecclesia
Cate

*C. de sacro sanct. Eccles. & in R. 1. §. Sed & si mibi, n. 10.
ff. de verbis, ibidem. Gratian. discept. forens. cap. 162.
n. 2. Ga. 2. de benef. part. 2. c. 1. n. 55. & 56. & facit
in summa Andr. Iher. in cap. 1. §. profecto, de lege Cor-
radi.*

4. Non obstat, quod non fuerint locata bona Eccle-
sia, sed fructus, & prouentus, quia haec caueta sublata
est ex verbis 1. Extranaq. Ammiose: ubi prohibetur
locatio ultri triennium, & in locatione non transte-
runtur, nec venduntur bona, sed solum fructus, & redi-
tus, & ibi solum permittitur alienatio fructuum, qui
seruando sequuntur non possunt, & in puncto fuit conser-
vatum in d. Comen. locationis coram bon. mem. ad-
div. Pamphilio & in praesenti cessat omnis difficultas,
quia, ne dum concepsi fuerunt prouentus, sed omnis
factio, & sic ius ipsum illos percipiendi, quod saud
non potuit in aliis transferri sine beneplacito Apo-
stolico, quatenus etiam sola commoditas transferri
potuisset. Gatz. de benef. part. 2. c. 1. n. 28. & 29. &
ponderant Rot. in Ferrarien. Decimatu 23. Junij 1617.
*coram Eminentiss. D. Card. Pamphilio, qua est dec. 545.
n. 1. p. 4. recent.* Pruisque etiam considerauerat in
Mediolanum, rescissionis permutationis 11. Maij 1597.

5. Non obstat, quia Monachi Oliuetani non recla-
maverint, immo prouentus illos locatos, percepient,
& contractus factus ab Ecclesia, etiam sine beneplaci-
to Apostolico, sit in implicito statu validitatis, & eate-
nus non sustineatur, quatenus Ecclesia nolit stare con-
tractui. Rota part. 2. d. uers. decisi. 33. n. 11. decisi. 1. de
locat. in Perulina rescissionis contractus 34. Februario
1588. post Pacifico. de Saluiani, decisi. 34. in Vlixbonen.
nullitate locationis. Iulij 1596. & decisi. 201. n. 1.
cum aliis. Quoniam reclamatio Monachorum est cla-
ra, qui statim dixerunt de nullitate contractus, & no-
nuerunt solvere pensionem locationis, etiam pro pri-
mo triennio, nisi coacti ex mandato Vicarij Perulini:
Quod autem exegerint prouentus, vel non, probatur,
ut ostenditur in responsione facta pro Monachis: Vel
quatenus probaretur non obstat, quia assertur dicta
perceptione facta a famulo dd. Monachorum, vel ab uno,
vel alio ex Monachis, quorum nemo habebat auctoritatem
prædicandi Monasterio, ut in his terminis
dixit Rota in d. Tiburtina locationis 5. Decimatu
1597. vbi affectus fuerant soluti Cellerario Monasterij:
& cum d. percepcione possit intelligi facta circa annum
ratificandi contractum, quacumque alia interpretatione
est accipienda, nempe, vel ut euitaret scandalum,
quod sequeretur, si sponte pro pictate oblatum recusa-
retur, vel ut aliquo modo Monachi se releverent pro
pecunias, quas in vim mandati Vicarij soluerant, vel
dubitabant se soluturos Timotheo, & ita receptiones
factae per monachos omnes emanarunt, pendente liti,
& sic, dum Monachi acriter impugnabant validitatem
locationis, & facienda est interpretatione, ut talis recep-
tio non sit contraria liti, quam sustinebant, & ne Mo-
nachi vno eodem tempore sibi contrari essent, ad-
notat per Bald. consil. vlt. n. 4. vers. quando factum, lib. 3.
Angel. in 1. si quis. §. prator. n. 2. vers. solum ergo, de ac-
quis herediti. & Rota coram mem. Greg. XV. dec. 7. n. 9.
Et ita viraque parte, &c.

DECISIO XIV.

Sacra Rotæ Romane coram R.P.D. Dunczetto.

Pampilonen. electionis Canoniconum.

Veneris 11. Maij 1640.

§. 1. Ex nouem Canonicis Ecclesiarum Regularis Pam-
pilonen. quæ dicitur esse receptitia, quinque

nepc D. Martinus de Argaz Prior, & consortes sub die
8. Aprilis 1638. elegerunt alios undecim Canonicos,
reliqui vero quatuor, nempe D. Michaël de Librix &
consortes die sequenti elegerunt alios quindecim Ca-
nonicos, communatis inter eos septem ex prioribus
undecim Canonicis ab altera parte electis; Hinc orta
controversia, dicitus Michael, & consorts appellarunt
extra judicialiter a priori electione, causamque huius
modi appellationis rotam Nuncio Apostolico intro-
duxere, qui inhibitionem vigore dictæ appellationis
simpliciter relaxauit, cùmque deinde sub die 26. Junij
eiusdem anni moderatus fuit quoad effectum dispensa-
rium sine præjudicio iurium partium tam in petitorio,
quam in possesso mandavitque ulterioris procedi
ad receptionem Canoniconum prius electorum, quo-
rum nonnulli vigore dicti decreti habitum suscepserunt:
Appellarunt ab illo decreto Nuncio dictus Michael, &
consorts, ac deinde causa in Rota mihi committi
simpliciter obtinerunt, interim autem cum Nuntius
corum appellationem non nisi quoad effectum devo-
lutionem admisisset, recursum habuerunt ad Regium
Consilium Nauarra, & deinde ad supremum Consilium
Castellæ, à quo emanauit præceptum contra
Nuntium Apostolicum, vt deferreret dictæ appellationi
quoad utrumque effectum, & omnia gesta revocaret,
in cuius præceptu executionem Nuntius appellationem
non predicabat ad utrumque effectum adiuvit, ac suc-
cessive in executionem aggrauatoria, & reaggraua-
toria relaxauit censuras contra Canonicos electos, ad
hoc vt habitum canonicalem dimitterent prot' cum
effectu dimisissent. Quocirca d. Michael, & consorts
obtinuerunt à Sanctissimo Breue de absoluendis à cen-
sulis ob huiusmodi recursus mihi directum cum clau-
sulis, renunciato prius recursu, & sine litis ac litigian-
tium præiudicio, ac dummodo exponentes nullum ius de
nono proprietate adquirant. Quapropter dato dubio, an
danda esset absolutione, & quomodo illam non esse dan-
dam hodie responsum fuit. Quoniam facultas absolu-
endi d. Michael, & consorts fuit concessa non
simpliciter, sed cum dd. clausulis, renunciato prius re-
cursu, &c. quæ cum inducent conditions, iuxta l. à
testator de ff. e condit. & demonstrat. Paris. consil. 41. nn.
14. lib. 4. Scraph. dec. 615. n. 4. & in terminis de clau-
sula renunciato prius recursu, Rot. decisi. 173. n. 1. part.
6. recent. & de clausula dummodo, Gabt. consil. 6. n. 1.
lib. 1. Rota coram Gregor. XV. dec. 311. n. 12. & decisi.
110. n. 6. part. 4. recent. vtique non est locus petitæ ab-
solutioni, nisi doceatur dd. conditions adimpleras
sufficiunt facultas, seu iurisdictio concessa sub certa
conditione adimplenda; ea non adimplera perinde
habeatur, ac si data non fuit, Mart. decisi. 343. num. 1.
Gregor. XV. decisi. 378. n. 1. & in his terminis Rot. in
d. decisi. 173. n. 1. p. 6. recent. & fuit dictum in Vlixbo-
nen. professionis 27. Martij 1617. coram R. P. D. meo
Carillo. de quarum tamen conditionum adimplemen-
to non vistum fuit constare sufficienter.

2. Non obstat, quod Michael de Bidaxum vius ex
electis ad. Michael de Lebrix, & consortibus in Vibe
præsens tam suo nomine, quam aliorum absentium re-
nunciauerit in actis omnibus recursibus, & quibuscula-
que actibus illorum vigore gestis, ac declarauit illis se
vti nolle, Quoniam omisla inspectione respectu aliorū
absentium, & quorum speciali, & sufficienti mandato
non conatur, adhuc respectu d. Michaelis communantis
in Vibe, talis renunciatio non vila fuit suffragari ad
effectum obtinendi absolutionem, quia cum ex prædi-
cta facta serie ac iuribus datis in summario appareat
Canonicos prius electos vigore decreti lati à Nuncio
Apostolico habitum canonicalem suscepisse, illumque
deinde fuisse coactos dimittere ob iteratos recursus ex
aduerso habitos ad consilia Regia, dicebant DD. non
esse satisfactum dd. clausulis, nisi d. Michael, & alii re-
currentes